



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiae,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De sacra militia Godefridi de Louanio magni Ducis Lotharingiae. Cap. LV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

De sacra militia GODEFRIDI de Louanio
magni Ducis Lotharingiae.

C A P . L V .

PEREMTO Tornaci in armorum ludo anno. 80 .xcvi. Henrico Comite & Ad-<sup>i. Braban-
tiae & Lotha-
ringie Dux
heredita-
rius.</sup> uocato Brabantensi , successit ei, filiabus fra-
tris defuncti exclusis, in Comitatu eius frater,
Godefridus de Louanio dictus. Quo tempo-
re cum Hérico filio Imper. sub Rege Arme-
nię captiuus detinebatur. Quos Oliuerius de
Leefdaele, miles prudēs & astutus, cum qua-
tuor socijs sibi adiunctis sub specie mercato-
rum iuit quæsitum , interim matre Adelia
Comitatum gubernante. Cumque Godefri-
dus ex captiuitate liberatus redijset , So-
phiam filiam Henrici v. Imp. duxit vxorem.
Accessit ei postea ex Imperatoris dono & Im-
perij iudicio , hæreditaria donatione , Duca-
tus Lotharingiae. A quo tempore meritò di-
ctus est, *Dux magnus* : quia ab eo tempore
per amplius Comitatus Louaniensis Ducatui
est redditus. Quanquam & aliæ dari possint
rationes, ob quas Godefridus magni Ducis
cognomen obtinuerit.

Meminerunt autem archiua oppidi Loua-
niensis , Godefridum cum barba, Comitem
Louaniensem, anno c10. cvi. cum Lotharin-
gis & Francis pro terra sancta crucem assum-
isse. Quod etiam testantur monumēta Præ-
monstratenſis ecclesiæ , quæ Parcensis dici-
tur,

tur, quia eam fundauerat in Parco suo, quem
feris siluestribus alendis deputauerat.

*ad annum
1124.*

Est etiam in archiuis eiusdem vrbis, eum
anno c15. cxv. expulisse è suis ditionib⁹ Tau-
chelinum hæreticum, qui multo tempore
regnauerat apud Antwerpian & Louanium.
Hic hæreticus, vt scribit Robertus Abbas
Sigeberti continuator, nimiæ subtilitatis,
cum tamen esset laicus, sed multis clericis
disertis in sermone acutior, sacri ordinis mi-
nistros, & Episcopalem ac fæcerdotalem gra-
dum nihil esse dicebat: corporis & sanguini-
nis Christi perceptionem sumentibus ad fa-
ludem prodeesse negabat. In pretioso appa-
tu & vestibus deauratis incedens, verbis per-
suasilibus, & cōuiuorum apparatibus, suos,
qui eum circiter tria millia armati sequeban-
tur, alliciebat; & per eos in resistentes sibi cæ-
dibus sœuiebat. In tantum quoque eum re-
uerebantur, vt aquam, qua corpus lauisset,
biberent, & pro reliquijs asportarent, cum
tamen filias in matrum præsentia, sponsasque
maritis intuētibus corrumperet, & hoc opus
spirituale esse assereret. Qui tandem post
multos errores & multas cædes, dum nau-
igaret, à quodam presbytero percussus in ce-
rebrio, occubuit.

*vita S. Nor-
berti cap. 34*

Hæc detestāda hominis impostura etiā post
mortē eius exstirpari Antwerpia nulla ratio-
ne potuit, licet duodecim clericorum cōgre-
gatio ab Episcopo in subsidiū fæcerdotis, qui
solus

solus erat in Ecclesia S. Michaelis, instituta esset. Tū verò clerici & charitate & euidenti necessitate cogente, Patri Norberto & fratribus eius, per manum Episcopi, hāc ecclesiam cum quibusdam redditibus dederunt, confidentes quòd Deus meritis illius & fratrum mortiferæ pestis auferret sāuitiam. Et clericī in eodem oppido aliam sibi ecclesiam ædificauerunt. Audiētes ergo verbum fratrum, & videntes opera, quidam compunēti, viri & mulieres, corpus Dominicum, quod vel incistis vel foraminibus per decem aut quindecim aut eo amplius annos abdiderant, reportabant.

Ecbertus Abbas S. Florini in Sconaugia scripsit sermones xiiii. contra Catharos hæreticos, qui supererant ex fæcibus Tauchelini de Flandriæ partibus, ut scribit Trithemius ad annum 1163.

De filijs Godefridi de Louanio magni Ducis.

C A P. L V I.

GODEFRIDVS de Louanio moriens II. Lotharingie & Brabantiae
Dux Godefridus Iunior. duos reliquit filios, sed qui mox cum moriendo fecuti sunt. Legitur enim in antiquissimo codice Parcensis ecclesiæ: Anno ∞ . c. XL. obijt Godefridus Dux magnus. Anno ∞ . c. XLI. obijt Henricus Comes, filius eius. Anno ∞ . cxlii. obijt Godefridus Dux Iunior, frater Comitis H.

Obijt autem Henricus Comes conuersus monasterij Affligemensis. Cai etiam bona quædam